Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



18

exterior uirtutis. Tu autem cum orabis intra in cubi
culum tuum. & clauso ostio ora patrem tuum in abscondi
to. Et simplicem interiorem erudit auditorem. ut uanam
orandi gloriam fugiat. Si enim uidet hoc magis et pre
cepti. ut inclusa pectoris cogitatione labiisq; con
pressis ortum domini. quod & anna in regum uoluminis
fecisse legimus. Labia inquit tantum eius mouebantur. &
uox illius non audiebatur. Oramus autem nolite multum
loqui. sicut ethnici. Si ethnicus in oratione multum
loquitur. quanto christianus esse debet parum loqui. Dis enim non
uerborum. sed cordis auditor est. Scit namq; pater uestr
quid opus sit uobis. antequam petatis eum. Consurgit in
hoc loco quedam heresis. philosophorum quoq; dogma per
uersum dicentium. Si nouit dis quid ortum. & antequam impe
tam. scit quid indigeam. frustra scientia loquimur. Quibus
breuiter respondendum est. nos non narratores esse sed roga
tores. Aliud est enim narrare ignoranti. aliud scienti
petere. In illo indicium est. hic obsequium. Ibi fideliter
indicamus. hic miserabiliter obsecramus. Pater noster
qui es in celis. Patrem dicendo. se filios confitentur. Sanc
tificetur nomen tuum. Non uitio. sed in nobis. Si enim propter
peccatores nomen dei blasphematur in gentibus. certum est
propter sanctos sanctificatur. Adueniat regnum tuum. Vel ge
neraliter pro totius mundi petit regno. ut diabolus
in mundo regnare desistat. uel ut in uno quoque regno
nec dis. nec in regnet peccatum in mortali hominum
corpore. Simulq; & hoc adtendendum. quod grandis
audacia sit & pure esse cupiat postulare regnum